

vendere possint et valeant omnes furnaticas suas quas habuerint ex dictis furnis diatim.

Cap. XIII. Rubrica de locatione salinarum communis. R.ca.

- 5 **P**ro comuni utilitate ordinamus quod saline comunis Tergesti locari debeant omni anno ad laborandum ad medietatem per unum annum tantum et non ultra modo aliquo vel ingenio, circa quarum locationem procedatur in hunc // modum, videlicet quod omni anno a kalendis menssis ianuarii in 254 B
- 10 antea ante locationem ipsarum salinarum fiat publice una crida per preconem comunis super scalis pallacii comunis et per civitatem Tergesti in locis consuetis, ac etiam eridentur dicte saline singulis festivitibus¹⁾ infra dictum terminum in locis predictis, quod, si qua persona vult recipere ad laborandum seu tenere
- 15 ad laborandum salinas comunis positas extra Ianuam Riburgi, comparere debeat infra dictum terminum coram dominio Tergesti ad denuntiandum et se offerendum quomodo laborare vult in dictis salinis, et se scribi facere a notario procuratoris comunis qualiter intendat laborare in ipsis et cum quibus
- 20 pactis et conventionibus. ¶ Qui notarius procuratoris tales conparentes unum vel plures cum pactis et conventionibus suis scribere teneatur, sub pena centum sold. par. pro qualibet vice contrafacta. ¶ Et quindecim diebus ante kalendas aprilis procurator comunis dare debeat et teneatur in scriptis domino
- 25 potestati et iudicibus Tergesti qui pro tempore erunt personas conparentes, et tunc dictus procurator consensu et voluntate ipsorum dominorum potestatis et iudicum locare debeat dictas salinas ad laborandum illis personis scientibus bene laborare et eis utiliori[bus] videntibus.²⁾ ¶ Qui laborantes dictas salinas incipiant ire ad laborandum in ipsis a kalendis menssis
- 30 aprilis in antea, et in ipsis laborare debeant die noctuque a dicto termino in antea usque ad festum Sancti Michaelis, et ab inde in antea post dictum festum donec eodem anno flet sal // in aliis salinis, nec laborare debeant vel possint modo 255 A

¹⁾ festivitibus. ²⁾ aidentibus.